



# EPISTOLA

IOHAN. ECKII THEOLOGI,  
de ratione studiorum suorum, scripta Anno  
M. D. XXXVIII.  
nunc uero primum ædita.

*Monasterij Schyrensis*



ALIA EPISTOLA

DE OBITU IOHAN. ECKII  
Theologi, aduersus calumniã Viti Theo-  
dorici Ecclesiastæ Nornbergensis.

Univ.-Bibl.  
München.

Autore Erasmo V uolphio.

Ingolstadij Excudebat Alexander V uicif-  
senhorn Anno M. D. XLIII.

LECTORI. S.

**Q**Uum magna negotij pars sit, subeundi negotij rationem ac uiam nosse, quidam Theologiæ candidati petierunt ab ornatiss. uiro Simone Taddeo Eckio iureconsulto, ut epistolam fratris Ioan. Eckij Theologiam olim de ratione studiorum suorum scriptam typographo formulis excudendam daret: id quod non grauatim fecit uir æque humanus atque Reipub. literariæ studiosus. Annis uero ab hinc quinque dedicauit Eckius hanc Methodum studiorum incomparabili uiro Maurício ab Hutten &c. quæ nõ ita diu post ad episcopalem dignitatem sola atq; unica uirtus euexit, principem nimirum uel ob egregiam illius eruditionem, nouis subinde honoribus simul & perenni memoria dignum. Facit epistola mentionem cuiusdam commentarij in Malachiam, qui nescio quo casu uiuente adhuc Eckio, periit. Tu quisquis es Theologicarum rerum studiosus, si curriculum illud studiorum, (in quo Eckius noster haud infœliciter uersatus est) ingenio tuo uidebitur commodum, poteris pede fausto sequi, simul etiam pijs Eckij manibus æternam precari quietem. Vale, Ingolstadtj &c.

AD REVEREN-

DVM PATREM, NOBIL-

lem uirum D. Mauricium ab Hutten, insignis ecclesiæ

Herbipoleñ. Præpositum Patronum suum,

Ioh. Eckij de ratione studiorum

suorum. Epistola.



**R**E VERSVS ex urbe, Reuerende pater prædicabas Cardinei senatus ornamentum Reuerendissimum Vicecancellarium Farnesiu, ingenue iura nostra, suffragijs suis fuisse apud S. D. N. tutatum. Ad hæc submonebas ut aliquo munusculo tam uenerandi & Illustris domini clementiam demererer. Idem literis suis mihi significauit Reuerendus Archiepiscopus Brudusinus Hieronymus Aleander, Hebraice, Græce, ac latine æqualance doctissimus: Præter hos & illud Rhomanæ urbis delitium Blossius Palladius Pontifici à Secretis: Tã potentibus autem non solum petitoribus, sed aliquo modo exactoribus & patronis nihil esse denegandum censebam, cum amicæ postulationi decesse ingratitude, iuste autem inciuilitatis et iniquitatis cuiusdam uideatur. Malachiam ergo prophetam leuigando expoliuit, atq; iuste petitionis memor, cum in præsentia ad te mitto, & per te piensissimo Cardinali Farnesio, ut habeat aliquod uice gratitudinis testimonium: Cum autem magna dignitate in Ecclesia nunc fruaris (ut etiam ad nostra ueniamus) cupio his quasi illicibus quibusdã re-

*M.*  
*Præcipua  
vita  
Chrysantha*

inescare, ut relicto lucroso iuris studio, Theologiæ te  
totum dedas: In qua tenacem memoriã, ingeniũ do-  
cile, acre iudicium & alias dotes DE I exerceas, sic em̄  
augebitur tibi gratia apud deum & homines: Et ut sti-  
mulum tibi & calcar subdam acrius, rationem studio-  
rum meorum obiter tibi perstringam, minime dubi-  
tans quin apud te studiorum ratio, meo exemplo de-  
monstrata gratiam sit habitura: Nam infans à paren-  
tibus auulsus, & primis igitur elementis à patruo M.  
1495. Martino (cui fateor me omnia post DEVM debere)  
1498. Rotenburgi ampliter perceptis, mox Haidelbergam  
1499. me contuli: studium artium liberaliũ & philosophiæ,  
cum humanioribus literis ibi ceptum, Tibingę absolui  
1500. sub Vrachio, Farneo, Bebelio: ibidem Lauream Magi-  
sterij adeptus: Confestim, inde sub Ch. Summerhardo  
1501. ad Theologiã conuolui, at peste grassante ad Vbio-  
rum Coloniam profectus, sub Theodorico de Siftern,  
dogmatibus S. Thomæ incubui: ibidem quoq; tabe  
furente fugatus, Patruo uolente Friburgum Brisachi-  
1502. gogiæ accessi, ubi philosophiã nõ sine profectu do-  
cendo, Patronicum (ut uocant) contubernium resti-  
tui, discendo autem Theologiæ, sub Northofero &  
Brisgoico, utriq; iuri sub Angelo de Besutzio Me-  
diolanensi & Zasio celeberrimo operam impendi  
diligentem: successiuis tamen horis à Gregorio Rheu-  
1506. schio Carthusiano Mathematicã & Cosmographiam  
hausi, Sub prælum calcographi tunc dedi exercitamen-  
ta dialectices, primicias frugum mearum. Posthac in  
Theologia tantum profeci, ut præceptorum iudicio li-  
centiam, ut uocant, adeptus, publico stipendio iuuenis  
Theologiã profiteri inceperim. G. Oham et Gabrie-  
lis com-

*Gregorius Rhusch  
Philos. Mathe-  
maticus*

lis commentaria prælegendo in Ianuario anni noni, sic  
simul docendo & discendo profeci. Dum autem à cas-  
1509. su Ingolstataen. Gymnasium inuiserem, Moderatores  
eiusdem (apud quos fama disputationum mearũ in-  
claruerat) rogarunt ut in eorundem palæstra periculũ  
facerem, & ad populum declamarem: quibus non illi-  
beter morẽ gerens, tantũ fauoris disputando apud eos  
mihi conciliaui, ut omnibus remis & uelis ab Illustri-  
1510. simo Principe Boioariæ duce Vuilhelmo, contende-  
rent, me lecturæ Theologiæ tunc per obitum optimi  
uiri Zinglij uacantis præfici: unde mox nobilissimus  
Princeps honorifico stipendio clementer me è Fribur-  
go euocauit. Cuius uotis obsecutus, ad ingolstadium  
migravi in Nouembri.

At ut intelligas Reuerende Pater semper me pedẽ  
mouisse in literis, licet parum promouerim, pergã nar-  
rare studia mea Ingolstadij confecta. Nam Doctoris  
subtilis, Francisci Maronis, & asseclarũ placitis, Alia-  
ceñ. Maioris & aliorum Commentarijs inuigilans,  
lapso deinde biennio specimen lectionum mearum  
1512. exhibui in altissima prædestinationis materia: quam  
prælectam auditoribus meis inuulgauĩ opere, quod  
Chrysopassum inscripti, in quo licet uidere uigilias in  
commentarijs sententiarum Theologicarum & Au-  
gustino, quo tunc familiariter utebar, adhibitas. Tum  
animũ appuli ad Moralia, Gersonem euoluens, et Kai-  
serpergium præcipue sacra scriptura, ut Lydio lapide  
Iudice ascito: unde contractuum, usurarum, iuramen-  
ti, uotorum, ignorantie, confessionis, sacramento-  
rum, Communionis sanctorum, & huiusmodi rerum  
telam exorsus, quorum partem publicaui, partim do-  
micum

*Chrysopassum  
eigdem*



mi cum tinea rixantur, Gabrielis quoque Biel Canonē  
1514. publice profitebar: Sub eo tempore iussu Illustrissimi  
Principis mei totam Aristotelis Stagyrice dialecticā,  
Physicam quoque, cum uocibus Porphyrii, fusioribus  
commentarijs illustraui: disputauit tum Bononiæ in  
1515. æde S. Petronij, & sequenti anno in Vienna Austriae,  
Regiminis Maximiliani adiutus opera, plusq; Aca-  
1516. demia. Porro cum Areopagitæ libros sæpe frustra le-  
gissim, nactus opera Cusani, Honorij, Solitarij, Hu-  
gonis de palma, Petri Hispani, Maronis in Dionysiu,  
adgressus sum Theologiam negatiuam seu Mysticā,  
adiutus Plotino, Ammonio, Mercurio Trismegisto,  
Marfilio Ficino, Alga Zele, Stapulensis, Symphoria-  
no, & Piramidibus ex Cusana Bibliotheca per uene-  
1517. randum patrem Reischium Chartusianum albatis:  
an uires conatui responderint, aliorum sit iudicium,  
nam in Dionysij Mysticā Theologiam commentari-  
os per prælum euulgauimus: qui incomparabilis uiri  
Ioh. Rosseñ. iudicio, laudati fuerunt.

Dum meditarer omnem philosophiā Trismegisti-  
cam, Orphicā, Platoniam, Aegyptiacam & Arabiā,  
Theologiam etiā Dionisiacam sub quinque sectionibus  
1518. totam explicare: Ecce panditur malū ab Aquilone, pef-  
simis uentis Carlstadio et Luthero, nauiculā Petri sub-  
uertere conantibus: uelitatū fuit aliquamdiu leuicu-  
lis libellis: interim tamen tanto maiori sudore mihi col-  
luctandū erat: quanto plures ipsi habebant adiutores:  
quorum erant tot, ut cum equo Troiano quodammodo  
1519. mihi pugnandum foret. Quo autem omnes comper-  
tum haberent, me nihil querere nisi ueritatem, ut scri-  
ptionum & rixarum finis esset, obtuli disputationem  
quam

*isthem facta  
rasu huj*

quam Lutherus acceptauit, Lipsiam mihi præscribēs  
(licet mēdaciter hoc postea negarit D. Electori, cōtra  
syngrapham, quam adhuc habeo) ubi 19. diebus cum  
ambobus congressus, reiecto toto iudicio in almū stu-  
dium Parrhisiense: nam in hos Luther & Carlst. non  
modo compromiserunt, sed ex omnibus delegerunt:  
ut hanc inter nos litem componerēt & sopirent. At ne  
interea me cum gliribus dormitasse crede. Prestat Re-  
uerende pater cum ad studiū Theologiæ te allicere ten-  
tem, recensere, prælectionum mearū & prosecutionē:  
nā interea Euangeliū altiulæ Aquilæ & eius canonis  
cā epistolā interpretatus sum: Genesim, item Exodū,  
& Leuitici aliquot capita, Psalmos quoque aliquos enar-  
raui, cū Prophetis Abacuck, Aggeo, Sophoia, & Ma-  
lachia. Negotium iā Lutheri prosequor & complicā,  
qui nō expectato Parrhisiuo iudicio, conuictiois libel-  
lis me obruebant: quibus tamen nec ad horā cessi, id q̄  
proband, quæ extant Apologiæ aliquot excusæ. Verū  
ut iusto exercitu schismaticis occurrerē scripsi de pri-  
matu Petri libros III. De poenitentia IIII. De Sa-  
cramento lib. III. De Purgatorio lib. IIII. successiuis  
annis à Calcographis disseminatos.  
Demū in nouissimo isto periculoso tpe, reuocauit  
Zuinglius hæresim Capharnaitarū & Berēgarij cōtra  
Eucharistiā: Et quia uerebar, ne bellaces Heluetij spu-  
mantibus & turgidis Zuinglij uerbis, seducerentur:  
Nam quoties in publicum conueniebam, intellexi eū  
uiros etiam doctos, arrogantia hebreæ & græce lingua  
rū, irridere, subsannare, & hæreses suas falsis expositio-  
nibus palliare. Reuersus ergo ex Anglia, duorū Prin-  
cipum consilio, Heluetijs errorū Zuinglij phalanges  
recensui:

*M  
Eckig dispu  
w Luther  
Lipha 19 d.*

De Primatu: 1520.  
De Purgato-  
rio. 1521.  
De poeniten-  
tia. 1522.  
De Sacrificio.  
1524.

*Laurens Jm  
gly na fuit  
Eckig fuit  
1525. Anglia*



1516. *MS.* recensui: quod publice disputationis congressu, obtuli  
 me monstraturum: Zuinglio autem arenam Agonis  
 diu retractante, tandem coram 12. Cantonibus Helue  
 tiorum, ac coram Regis Gallia & quatuor Episcopos  
 rum oratoribus est disputatum in Baden. (Oecolam  
 padio in uicem Zuinglij, cum turba Apostatarum  
 succedente) uiginti diebus: at magis strenue & conti  
 nenter, quam Lipsie, puta duplo pluribus horis. Quin  
 q; autem Cantones ueteres cum Friburgen. Vchtlan  
 dia hac disputatione aedificati, nunq; cesserunt Tugu  
 rinis aut Bernatibus: ut pauci Machabei posterius ma  
 gnos exercitus schismaticorum profligarent.  
 1528. Schismatici uero, iacturam q; passi erant disputatione  
 ne Baden. coram rudi populo recuperare cupientes,  
 Berne Tugrorum & Rauricum auxilio disputatione  
 perfidia plenam habuerunt. Quam Catholicoru hor  
 ratu confutauit: nec in hunc diem, iactabundi illi quic  
 q; responderunt. Eodem tempore comprehensi sacer  
 dotes, qui ex uulgaribus libris Lutheranorum praedi  
 cabant ad populum, usi hac excusatione, se id facere  
 1529. ob penuriam sermonum Germanicae linguae. Ideo  
 Humanissimus Bauariae Dux Vuilhelmus mihi praes  
 cepit ut sermones in lingua nostra aederem: cuius iussi  
 bus impigre obediens, & declamationes populares de  
 tempore et sanctis, ut uocant, aedidi. Sub hoc tempore  
 1530. Imp. Carolus V. semper Augustus Comitum Princi  
 pum habuit Augustae Rhetiae, ubi ab ipso Caesare &  
 ordinibus Imperij cum alijs ad agendum cum Luthes  
 ranis deputatus fui. Quos labores scribendo & agens  
 do tunc subiuerim, Caesarea Maiestas ac Regia, lega  
 tus Apostolicus, & Principes Imperij non ignorant.  
 At interea

At interea forte succurrit animo tuo Reuerende  
 pater, ubi & quando linguae sanctae fundamenta iec  
 rim: Paucis ter reddam certiorum, Elementa rudia cum  
 notulis a Reuschio Chartusiano acceperam: bis deinde  
 in Bochenstainij disciplinam me tradidi, post Iohan.  
 Reuchlin Capnionem Ingolstadtij profitentem dilige  
 ter audiui: Morabatur enim toto illo tempore in aedis  
 meis, & manu sua Grammaticae Kunchi exemplar  
 impressum emedabat. At cum sub Leone Papa & Adria  
 no Romae diutius tenerer quam uolebam, adiit me He  
 lias Leuita ex Iudeis Germanus. (Cui Reuerendissi  
 mus Cardinalis Egidius primas tribuebat in dick duck a  
 pud oes mortales.) Huius eruditione fateor me ube  
 rius profecisse, adeo ut librum Ruth, Genesis. xxx. pri  
 mi Regum xxvi. capita publice praelegere Hebraice.  
 Audiui tunc, Rhomae etiam Sancten Pagninum, &  
 Achacium professores Hebraismi, in Chaldeo praeter  
 uersionem in Pentatheucon Copluteum, usus sum mis  
 to magistro Munstero, qui praeter ceteris egregie emula  
 tur & assequitur Heliam, trimestri quoque Iudaeo Lo  
 to usus sum praefectore, Recte dixi me usum, quia cum  
 utriusque grammaticae esset a symbolus nihil praestare  
 poterat praeter usum.

Verum unde exierat, oratio nostra reuertatur. Eui  
 gatis sermonibus de tempore & sanctis, Reuerendissi  
 mus Cardinalis Maguntinus Germaniae primas, ex  
 Marchionibus Brandenburgen, ratus sacramentorum  
 ratione, hoc tempore admodum sacerdotibus necessa  
 riam, uoluit ut hanc quoque materiam declamationibus  
 illustrarem: & profecto iustaratione mouebatur: quare  
 tanto principi non grauate paruus quilibet meos li  
 beros

1516.

1521.

1522.

1523.

Ecce praele  
git Hebraice.

Reuchlini Inge  
profesto

1532.

B bera

beralissime quoque remunerauit. Sed quia oia ista lin-  
 gua uernacula conscripseram, quam plures urgebant  
 1533. Episcopi & praelati (ex quibus etiam erat Geruicus  
 Abbas in Vuingarten) ut idem latine egerentur: quod  
 facerem; recusare erat inhonestum, acquiescere diffici-  
 le: Itaque consilium in arena accepi, & omnes sententias  
 patrum adductas adnotauit, & contextum orationis  
 Mentzingero tunc discipulo meo (modo contiona-  
 tori uero Maguntino) imposui, quo reliquis studijs se-  
 1534. riosius incumberem: Et quia inordinata quedam Lut-  
 teranorum ordinatio est uicinia prodierat, consultationem  
 eius adornaui, antequam in Treueros & Austrasios profi-  
 1535. sciscerer: Curauit deinde, ut sermones quoque de sacramen-  
 tis latine redderentur, & lectionem in Aggeum prophe-  
 tam purgari, Cum autem in lingua nostra rediret in  
 aliam, quod Augustinus olim conquerebat, ut indies pro-  
 daret noua & uaria saepe etiam deprauata Biblie san-  
 ctę uersio, ob id princeps meus Christianissimus Dux  
 1536. Vvillhelmus subditorum suorum salutem cupiens esse  
 consultum, per literas suas graui & maturo consilio con-  
 ceptas, mihi iniunxit, ut totam Bibliam iuxta ecclesiasti-  
 cam lectionem denuo uerterem. Et quod in tam pio et re-  
 ligioso proposito Illustrissimę suę dominationi non ob-  
 sequeretur: non omnibus neruis parerem: diuino itaque  
 implorato auxilio rem difficilem aggressus, octo mensi-  
 bus uetus testamentum absolui, ut superiori anno fuit  
 1537. excusum. Quantum autem per ualitudinem corporis  
 licuit mendulas Calcographi ex Biblia sustuli, Com-  
 mentarios hosce in Malachiam purgari, & in Psalmum  
 uigesimum: iam uero per quietem quattuor Tomos  
 priores S. Hieronymi uellicatim relegi; Idem facio, iam  
 in aliquot

in aliquot partibus S. Augustini, usque ad sacrum qua-  
 dragesime tempus, ubi spiritu sancto afflante scruo-  
 ra studia amplectar.

Habes Reuerende pater et patrone, summarium stu-  
 diorum meorum: nam infinitum esset singula recen-  
 sere, quę studio Camerario legi, aceruum librorum, de-  
 clamationes ad populum plus minus octingentas, ora-  
 tiones in principijs librorum, & disputationum, offi-  
 cijs Rectoratus ad uniuersitatem, in funeralibus, in om-  
 nium facultatum licentiatis promouendis habitas plu-  
 res trecentis: At quę tua est humanitas, non arrogan-  
 tia a me ista commemorata esse accipies, sed singulari  
 quodam erga te studio, ut imitabile exemplum studio  
 rum tibi proponam: quo animus tuus ad lectionem sa-  
 crę scripturę inardescat. Clericus es, prelatus es, in for-  
 te domini uocatus es: Quare DEO seruire studeas,  
 preeteris eminentius. Quod studio Theologico locu-  
 pletiss. facere poteris. Quid enim est legere Bibliam, ni-  
 si loqui cum DEO: Quid aliud est audire uerbum Dei,  
 quam audire Deum loquentem, & benedictam eius  
 uoluntatem inspicere. Obluiscere te esse nobilem secu-  
 dum carnem, quod ad uirtutes attinet: Verum sem-  
 per in obruitu tuo sit, te esse seruum Dei Prelatum Ec-  
 clesiasticum, delectabunt te canones patrum, cultui diui-  
 no diligentem curam impendes, in hoc iocundaberis,  
 gaudebis, exultabis. Sic enim maiorem honorem apud  
 Deum & homines habebis, quam si cataphractus, gas-  
 leatus, loratus, hastatus incesseris, probruitario lan-  
 ceam, aut Bombardam ferens: Ista enim consanguineis  
 tuis permittito, militaribus huius sæculi: hæc nam que  
 eis sunt ornamento & splendori, tibi uero & alijs in for-

Sermones.

Orationes.

Adhortatio ad  
studium Theo-  
logicum.

13.



tem domini uocatis, sunt ignominia, abhominatio, de-  
decus, et barathrum damnationis. Domesticum habes  
exemplum in Ecclesia tua, Brunonem Episcopū Her-  
bipolen. ducem Carinthiæ, ex Goslarien. Ecclesia præ-  
positū uocatum ( non enim natus Herbipoli suit neq;  
educatus) qui næ dum doctissimus fuit in Theologia,  
sed magno quoq; Iudicio, Augustini, Hieronymi, &  
Cassiodori, in Psalmos scripta, in Enchiridion redegit.  
Adeptus sum aliquando Canonicatum Augustin. Ca-  
nonicatū . item Leodiens. Cardinalis Erhardi de mar-  
cka munificentia, Suffraganeatum, item Tridentinum  
& alia opima beneficia potui habere, & cū pigris otia-  
ri: Verum amore literarum fascinatus, à gymnasio nō  
potui auelli & à scholasticis sudoribus. Maeste ergo  
uirtute Reuerende pater, bonas literas, quas Lipsie, In-  
golstadtij, Friburgi, & Patauij, didicisti offer Deo, &  
sacris literis, in holocaustum & suauissimum odorem  
domino. Vale & salue obseruande pater, Ingolstadtij,  
quarto nonas Februarias, Anno salutis sesquimillesi-  
mo. XX XVIII. Anno.

*M. EVTRAPELIVS. IN*  
*Sutorem Noricum.*

*Sutor, qui stolidi procacitate,  
Musarum dominos petis acerbe,  
Præclari memor esto dicti A. bellis,  
Nil ultra crepidam Sutor cupiscas.*

ERASMVS WOLPHIVS.

Vito Theodorico. S. P. D.



Non raro scelicius cadunt audacia q̄  
moderata consilia: ego tamen si iue-  
nili quopiam permotus impetu, ad te  
mi Theodorice literas dare uoluisssem  
iure tibi fortassis uiderer improbus,  
qui hominem theologum, ac grauior-  
ibus negotijs occupatum, interpellare minus uerear.  
Verum non potes uir ut audio mansuetioribus quoq;  
disciplinis perpolitus hunc meum conatum uitio du-  
cere, quum non alius uehementior ad te scribendi sti-  
mulus mihi fuerit, q̄ ut pium ac syncerum animi mei  
studium ergà præceptorem nuper ab ineuitabili fato è  
terris ereptum Ioannem Eckium Theologum neutiq;  
ficto ueritatis amore declararē. Intelligis opinor quid  
uelim: nec longiore te morabor proœmio, modo mihi  
polliceri ausim te non offensum iri hoc offitio, quod  
(nisi fallar) nulli probo non uidetur & pium & grato  
discipulo dignum. Allatus est huc tandē liber à te ger-  
manica lingua scriptus, in quo contendis sacram syna-  
xim corporis & sanguinis domini, populo sub utraq;  
specie dispensandam, de qua quidē disputatione quū  
superet uires meas in præsentia nihil expendo. Cōplu-  
res autem boni cordatiq; uiri admodū iniquo animo  
ferunt, quod sub finem istius libelli tui, sine ulla argu-  
menti abs te tractati occasione, tantū implacabili quo-  
dam (ut apparet) percitus odio, calumniaris obitum  
Eckij nostri, uiri post funera saltem meliore tranquilli-

B 3 tate

*lati Eckio plu  
canonicatuy.*

*Synonymi sub  
quie.*

*Vito Theodorico  
Harcig profu  
del obitum*



tate digni; scribis enim apertissimis uerbis Eckium per-  
riisse perinde atq; animal brutum ab omni intellectu  
ac ratione penitus alienū; culpā quoq; tā miserę mortis  
transf. rre uideris in impiā doctrinā, qua uir ille (quem  
admodū tu iudicas) seduxerit homines Christianos.  
Priusq; mihi lectus erat liber, non adduci poteram, ut  
ā quoq; persuasus crederem, te usq; adeo petrictæ  
frontis esse, tamq; manifesto liuoris morbo teneri, qui  
omnibus Christianæ modestiæ repagulis uī quadam  
refractis, contra tot spectatæ fidei testes sciens dataq;  
opera, calumniam penitus falsam in mortem doctissi-  
mi uiri, tanto cum nominis tui dedecore diuulgares,  
Quid enim aliud efficis? q̄ ut insignem tui ipsius ani-  
mi peruersitatem sceleratamq; detrahendi libidinem  
apud bonum & prudentem quemq; traducas, dum sic  
acerbissimo odio insectaris & crimine turpiter confis-  
cto rursus (quod dicitur) occidis mortuum, cui in in-  
uidiæ locum successit misericordia. Verissimum est  
quod apud Beatum Iacobum legitur, detractorum  
linguam esse incoercibile malum, plenum ueneno mor-  
tifero inflammatum à gehenna. Necq; te latet quā  
foedum sit, si quis homo prophanus calumniatur ab-  
sentem, uel procaciter insultet uicto, aut quod turpius  
habetur, si eruditi suos affectus inter se conuitijs & ob-  
tretractrice calamo ulciscantur, nunc dum tu qui syn-  
ceritatem euangelicam profiteris, mortuo conuitiaris,  
idq; conuitiatio prorsus falso, quid obsecro foedius, aut  
indignius esse potest, non dicam Euangelico præcone  
aut homine Christiano, sed uiro tantū: Nulla est in me-  
mi Theodorice uel simulandi uel dissimulandi uarietis,  
nec subdola circuitione quicq; blandior. Sapiens in-  
quit

quit, supra mortuum plora, defecit enim lux eius &  
alio loco legitur, noli de mortuo inimico tuo gaudere,  
sciens quoniam omnes morimur & in gaudium nos-  
lumus uenire, nec erit impunitus qui lætatur in alte-  
rius ruina. Plures adduci poterant eius generis loci,  
sed nihil opus est apud eiusmodi Ecclesiasten con-  
tione mea. Nosti luctum Samuelis pro rege Saul  
quem tamen à Deo proiectum reiebat: Davidis pro  
Absolon, Antiochi deniq; regis impij pro summo sa-  
cerdote Onia. Hæc omnia nosti & multo plura nec  
doles tamen in morte proximi tui, sed potius serio triū-  
phare uideris, id quod abunde docet gratis ista calum-  
nia, qua nihil hostilius etiam in mortem latronis dici  
poterat. Fieri profecto minimè potest, quin in mens-  
tem tibi uenerint communia uerba, quibus uulgò de-  
testamur eos, qui iugulant; qui flagellant; qui rursus  
occidunt mortuos, qui cum laruis luctari solent. Nec  
ignoras opinor quibus similes asseruit Plato eos, qui  
mortuos allatrant, ut interim de Christianis insti-  
tutis taceam. Quis igitur te malus impulit error?  
cur tā uilis est tibi aliena mors qui tuam pretiosam ali-  
quando in conspectu domini futuram cupis: aut quid  
amplius ex usu erat illius irritare manes? res ipsa clas-  
mitat te impio quodam affectu malitiæ commotum  
ad tantam petulantiam. Placuerunt forte tibi Lyn-  
diorum sacra quæ fiebant Herculi, Græcorum quæ  
Baccho, ea enim non uidebantur religiose peragi, nisi  
conuitijs agerentur. Nec alia commodior fuit ansa,  
qua immedicabile odium istud posses ulcisci, nisi uita  
defunctum denuo iugulares. Si tam impotens odiū,  
aut pro-

aut probabilior aliqua extitit perdendi Eckij ratio, cur non potius aduersus uiuentem adhuc, præclarum ali- quod uirtutis tuæ specimen exhibuisti, et cessisset tibi candoris præconium. Nunc demum cum receptui cã- tatum sit, prodis in aciem uir fortis, mortuum rursus occisurus. Nulla pfectò spolia referes, nullū ages triū- phum uel ouationē; nosti enim iuxta comune dictū, mortuo leoni & lepores insultare posse. Tametsi non adhuc aperto omninò Marte congregiaris, sed dū mor- tem solummodo damnas, per cuniculos quasi, homo callidus, uniuersam eius doctrinam ac uitam subruere moliris, idq; tanta impietate, ut ne salus animæ (quan- tum in te quidem situm est) unq̄ sit speranda. Brutū nāq; occubuisse scribis, non hominem. Tui ipsius cō- scientiam appello, dic mihi quæso, quid ex uniuersa conuictorum mendationumq; colluue hostilius ma- gisq; impium in pios Eckij manes uel cogitari uel scri- bi potuisset? An non præclare imitatus es personam stulti, qui apud Ecclesiasten nugatur eundem esse hos- minis & iumentum interitū & æquam utriusq; conditio- nem. Imò hoc in loco longè superasti dum contrā tuis ipsius animi sententiam & ueritatem pedibus quasi cal- cas & priuatis odijs tã turpiter indulges. Fieri me her- cle nequit, quin tacito cogitationis morsu, conscientia uerberes, dum quod in aliena morte falso criminaris, in tua ne re ipsa eueniat pauidus exhorrescas. Nec des- sunt qui hanc calumniam ominosam iudicent, de tua quoq; morte nescio qd crudele canentes, sed absit omē mihi Christiana charitas magis placet. Omnibus enī ex æquo ista terēda uia est, omnes ad eandem mortis properamus metam, quantumuis moriendi sit mira

uarietas

uarietas. Plusq; sexcenta morborū nec pauciora mor- tis genera quotidie nos impetunt, percipimus tamen omnes benè beateq; mori: ita enim à natura compara- tum est, ut etiam impij foeliciter è uita proficisci expe- tant, quemadmodum legimus de Balaam: & dubio ps- cul dominus largitur unicuiq; quod bonum est in ocu- lis ipsius, sed certè moriendum est & id incertū an hoc ipso die, an ea ipsa hora. Quo temporis interuallo quo- uē genere mortis ego sim moriturus dei iudicium esto. Non minus tu quoq; fluitas dubiæ spe pendulus horæ, neq; genus mortis tuæ certò pronunciare potes, nisi iã iamq; de trabe circumspiceres ad suspendium, id quod clemens deus auertat. Absit enim procul mi Theodoris ce, ut quicq; mali imprecer proximo meo, tametsi ne- mo facile credat, quantū exulceret atq; aceto quasi per- fundat pectus meum acerbissima hæc calumnia & a- trox mendatium, quale uix scurra diceret de lenone, uel latro de obitu homicidæ aut peculatoris. Tu tamē interim celestem disciplinam profiteris, charitatē do- ces, sacrosanctam Eucharistiam interpretaris (q̄ rectè autem ea omnia facias uideris ipse) deniq; uice numi- nis es inter homines, à cuius ore pendet tam nobilis ci- uitas: & cum calumniandi petulantia re uidelicet om- ninò diabolica cōmises contionem sacrosanctam de corpore et sanguine Iesu Christi. Abuteris in super im- periti uulgi credulitate, dum germanica lingua tantā foeditatem in promiscuā plebem effundis: nec te fugit q̄ peruersa sint uulgi iudicia, quamq; prona in malum credulitas. Sed hæc omnia multò turpius fiunt, in no- biliss. Repub. Nornbergensi, in oculis sapientissimorū ciuium quasi ipsis monitoribus uel approbantibus. Ast

C alij

alij fuerunt autores: Erinny certè, uel noxius quispiam  
demon tam grauem calumniam libro tuo inuexit, aut  
(nisi fallar) scripsisti à quodam instigatus, cuius uti-  
nam non tam maledica esset lingua, quàm est nomen san-  
ctitate conspicuum. Plures quidem hoc seculo preser-  
tim apud insanam multitudinem nuscq; non & quibus  
libet obtreçant, pro suo stomacho mentientes, sed no-  
sti ex Hieronymo non esse eandem sententiam tribu-  
nalis Christi & anguli susurronum. Quicunq; igitur  
ad te detulerunt Eckium perisse perinde atq; bestiam  
uel animal brutum ab omni ratione ac intellectu pe-  
nitus alienum, impudentissimum nephandissimumq;  
ad te detulerunt mendatium. Nemo enim Christia-  
nus iudicabit unq; eum perinde ac bestiam perisse (ni-  
si & ipse bestia sit, quod tamen prohibet Christiani no-  
minis professio) quem in sacris studijs iugiter aduigi-  
lantem occupat morbus, qui inter aegrotandum absol-  
uit libellum ad principem quendam de negotio grauif-  
simo, qui dicitur literas amauensi, qui molestias morbi  
patientissimè suffert, atq; interim etiam horas (ut uo-  
cant) canonicas recitat: qui in extremo biduo non mi-  
nus præclare se gerit & peccatorum absolutionem pe-  
tit, & eam à sacerdote impetrat, deinde corpus domi-  
nicum reuerenter accipit, manus in supplicantis gestum  
componit, oculos in cœlum erigit, qui pollicetur ami-  
cis se uelle seruare in finem usq; fidem Christo semel  
datam: qui post eiusmodi uocem incipit oscitare ad  
mortem & à carcere corporis huius dissolui. Hæc &  
alia plura de Eckij morte doceri possunt testibus, qui  
ad extremam usq; eius uitæ epithasin adsuere, quorum  
nomina adentur ubi res postulat, nec operæ pretium  
uidetur

uidetur longius enarrare omnes circumstantias, quam  
doquidem & alij fortassis super hac re tecum prolixius  
expostulabunt. Aeditæ præterea sunt a uiris bonis nec  
uulgariter eruditis (quos tu mendatij conuincere cupis)  
orationes tres, quæ abundè satis hanc rem testan-  
tur. Hinc quidam mirari solent, undè sumpserint ob-  
trectatores mentiendi occasionem, quum præter hanc  
solam, ipsis nihil deesse possit. Ego uerò nequaquàm mi-  
ror, quid enim non arriperet in occasionem implaca-  
bile istud odium: quod abhinc plusq; uiginti annis,  
quorundam impotentes affectus aduersus hunc eru-  
ditissimum uirum tot fictis nominibus, tot picturis, tot  
famosis libellis saturare nequiuit. Longè aliter (id  
quod omnes scimus) docet Euangelica doctrina Chri-  
sti, quæ undiq; sonat pacem, lenitatem, charitatem, dis-  
lectionem. Tametsi affulgeat aliquid bonæ spei, ab-  
æquitate quorundam, qui ciuilitè admonent, qui  
argumentis docent, qui absq; affectibus priuatis prædi-  
cant ueritatem et sic rem omnem temperant, ut Euân-  
gelij Christi simul ac optimas artes retinere queant. Hos  
oportebat totis uiribus imitari. Si uerò semel stat sen-  
tètia quasi iurata Styge eos uelle sequi, qui maria oia,  
cœlo & sacra prophanis absq; ullo discrimine miscent,  
qui passim impotenter abripiuntur, ut calumniarum ue-  
nera transferant in quemlibet innocentem & de cra-  
tera mendatorum (quemadmodum B. Hieronymi  
uerba habent) toti mundo propinant: ad cœ ne aliquis  
sit futurus in furore ac reciprocis uindictæ uicibus finis  
quid sperest: nisi ut Christiane pietati aliquando ultis-  
imū quasi uale dicam, atq; uelut ille dixit, Christo hinc  
reuerentè scribamus epicedion. Sed ne plixitate moles-  
tus



stus sim, te iterū atq; iterū rogo mi docte Theodorice  
 per Christianam charitatē, per cōmunem nobis utrifq;  
 mortem quocunq; tandem tempore mors illa obue-  
 niat quam non minus tibi ac mihi ipsi ( sic me Chris-  
 tus benē seruet ) ex animo foelicem precor; permitte  
 ( quōd pace fiat tua ) Eckij manes in Christo saluatore  
 dulciter q̄scere, nec sis ( obsecro ) sollicitus ut temerē  
 iudices aliēnum seruū qui iuxta Apostoli sententiam  
 stat aut cadit domino suo. Quūq; scias uniuersam sa-  
 pientum uirorum uitam mortis esse meditationē, me-  
 mento iuxta saluberrimum istud praeceptum, nouissi-  
 morum tuorum & desine inīmicari & ne irascaris pro-  
 ximo tuo; ut alienus à liuore cū probatissimo uiro Dei  
 Iob uerē dicere queas: non dedi ad peccandum guttur  
 meum, maledicēs animam eius. Scis enī quemadmo-  
 dum te docuit sapiens, quōd hominē qui calumniā-  
 tur animæ sanguinem, si usq; ad lacum fugerit nemo su-  
 stineat. Sera quidem hęc nobis est admonitio, sed nihil  
 ominis ( sicuti pollicetur scriptura ) florebit memoria  
 iusti cū laudibus & nomen impiorum putrescet, Tu ue-  
 ro iterū atq; iterum cura ut ualeas. Ingolstadtij iij. calen-  
 Julij Anno M. D. XLIII.

IN MALEDICVM SV-

torum Noricum. *zuoμαχίτην* A.

Eutrapius.

**P**Rob pudor o mores, Sutoris turpia facta,  
 Hunc uita functum cur malè quæso refers?

Cur

Cur laceras uitam functi? qui ducis inertem,  
 Fœdam, sed superis uiuet hic usq; dijs.

Siccine tu potis es pia nomina figere morsu?

Bellua, quæ sita sunt puluere, Thessaliaca?

Quæ tādē hæc nouitas, uel mos, uel q̄ modus ille est?

Hunc quod transfigis, qua ratione facis?

Tu maledicendo sic nomen quærere tentas?

Aut furie exagitant te sine mente uirum.

Indoctus cum sis *σέδαξεν* bellè decoras,

Insanis, stultum est, quod facis, hoc facere.

Quid multum exesum retulit proscindere corpus?

Dic rogo cui Diuo feceris obsequium?

Quod fecit, norunt cuncti, quid scripserit idem

Res nota est, specimen præbuit ingenij.

Vuet opus, quodcunq; dedit, quodcunq; parauit,

Ipsa uelint nolint tempora uiuet opus.

Exactum licet esse neget gens inuida, uiuet,

Huic meritas laudes postera secla dabunt.

Non nimium curat, Sutor probet, improbet idem,

Sicq; bonis mauult, quàm placuisse malis.

Sutoris mores spernit, ridetq; petulcos.

O mendax Sutor, gloria uana tua est.

Eckius heus coelo fruitur, de te dubium est nunc,

Cernere num possis regna beata Desum.

C 3

Hic

Hic nisi quæ talem decuit uirtute fuisse,  
Noster in obscura sorde iaceret honor.  
In te quæ pietas uitæ? qui percitus Oestro,  
Per te sic, Pietas, commaculata perit.  
Eckius hic, si dei laudes, fideiꝫ trophæa.  
Portat, nec mihi tu Vite superbe neges.  
Hunc docuit Christus, coelum, uitamq; beatam  
A se immortalis non aliunde dari.  
A te te docuit, docuit sic inuidia Erynnis,  
A quibus & coelum sollicitare prece.  
Hunc docuit Christus, uerumq; fidemq; docere,  
Te docuit Satanas obtenebrare fidem.  
Hunc docuit Christus populum formare fidelē,  
Te duce sed populus cuncta facit scelera.  
Hunc docuit Christus duros perferre labores.  
Te docuit Satanas moribus esse nigris.  
Hunc docuit Christus ueram expectare salutem,  
Te appropere docuit tartara sic Belial.  
Quod si forte petas toto quid in orbe feratur  
De Vito Dietrich? Schuermigerū esse ferūt.  
Attamē in nostro probitas, atq; incluta uirtus?  
Nil uirtutis habes, uertice ad usq; pedes.  
Scripta quidē regerat patiar tua lingua maligna,  
Sed Christo uinci, sic opus, hic labor, est.

Impietas

Impietas tua, uirtute ac pietate, scelusq;  
Pellitur. Sic probitas, simplicitasq; ualent.  
Vite, modo taceas, uitam quo uiuere possis,  
Sic mihi, nil superis, gratius esse memor.

## IN OBITU M ECKII.

A. Eutrapeluis.

Eckius, an perit ex toto quem membra remittunt?  
Viuat? an in coelum, uenerat unde redit?  
Mens aeterna manet, manet immortale sepulchrū,  
Per quæ præclarum plus micat ingenium.  
Iam ualeant curæ, ualeant iam iurgia, Christus  
Prospexit uat, consuluitq; suo.

ΕΚΙΟΜΑΧΩΣΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΜΕΝ ΑΠΟΒΥΤΩΣ.

## EPIGRAMMA. I. S. PSEUDOPOLEMII in Vitum Dietrich Noricum.

Non loquitur sapiens nisi quæ sunt cognita certo,  
Nec scribit, quæ scit uerba carere fide.  
Rusticus at fatui Sutor sex infima uulgi,  
Narrando ueri nescia uerba sonat.  
Infelix Sutor calamum cur stringit iniquum,  
In, sibi quæ non sunt cognita, fata uiri?  
Eckius è uiuis discessit pectore sanus,  
Compestat fauces impia turba suas.  
Nostro rem nobis testamur carmine notam,  
Errat Sutoris lingua canina mali.  
Sed nescit falsi peruersus dogmatis author  
Constanti nero consona uerba loqui.

*SVTORI. A.*

*Eutrapelius.*

*Neritij errores qui scrutarentur Ulyssis,  
Non proprios risit Diogenes Cynicus.  
Anterior tibi promittat quid mantica calles:  
Sed quid posterior, te modo nosse decet.*